Litinski cedit de iure alio

Vinnieski tenetur alio

Vinnieski cedit de iure alias

68

Barbara Veniczkowa eorumque successoribus cedit et condescendit, omneque ius suum quodcunque ipsum competebat transfudit et incorporavit, nil iuris ibidem sibi successoribusque suis iuris reservando et excipiendo. Dans et admittendo eisdem iam dictis in bona praefata transfusa realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerium cuiuscunque ministerialis. Nihilominus praefatus Climko sese et suos successores super omnibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia ad decursum omnis anni transferre transportare simili[ter]que vel inductionem recognitionem facere sub vadio similiter summa viginti quinquaginta [illegible] marcarum. Pro quo quidem vadio praefato recognoscens cum suis successoribus citatus extunc a inquisitione sua quamvis competenti recedendo coram castrensi capitaneali Praemisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorie stare parere debere, ac pro praefato vadio omnibus exceptionibus, conversis, praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus, ad quietationem eiusdem non petendo vera vel simplici inscriptionibus, actione pro maiori, litis regalibus legalibus quibusvis impedimentis, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus gentis dilationibus iuris remediis in partem reiectis totius quantum opus fuerit satisfacere cum sui successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Idem transfudit ius suum alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Praemisliensibus Nobilis Climko Veniczkowski mente et corpore sanus existens a iure foro suis quibusvis propriis inquisitionibusque sua quamvis competenti recedendo sese cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni praesenti castrensi Praemisliensi quoad inscripta submittendo incorporando quae recognovit. Quia de omni iure suo et inscriptione terrestri Praemisliensi donatoria sibi per Nobilem Climkonem Veniczkowski Omislowicz super bonis sorte sua in Ozimki Hosz [illegible] cum omni iure dominio proprietate ac redditibus proventibus utilitatibusque universis ac cum omnibus punctis clausulis articulis, vadiis, evictione, conditionibus in eadem inscriptione descripta et contenta Nobilibus Pasko et Barbara Veniczkowi eorumque successoribus iam dictis condescendit, omneque ius suum quodcunque ipsum in bonis praefatis competebat transfudit et incorporavit, nil ibidem sibi successoribusque suis iuris reservando. Dans et admittendo eisdem iam dictis in bona praefata realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerium cuiuscunque ministerialis. [illegible] Veniczkowi et illorum successores bona praefata transfusa cum omni iure quo illi commissum est iure dominio tenendi habendi possidendi et pro usu suo suorumque successorum beneplacito convertendi. Nihilominus praefatus Climko Veniczkowski se et suos successores super omnibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia ad decursum omnis anni transportare similiterque vel inductionem recognitionem facere sub damnis terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine iuramento corporali taxatis. Pro quibus quidem damnis terrestribus praefatus recognoscens cum successoribus suis citatus extunc a inquisitione sua quamvis competenti recedendo coram castrensi capitaneali

Praemisliensi officio cum his actis praesentibus respectu eorum citatis bonis et successoribus subiicit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere debere ac pro praefatis damnis terrestribus ab officio non recedendo sub aliis similibus damnis terrestribus omnibus exceptionibus, contrariis, praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus ad quietationem eiusdem non petendo vera vel simplici inscriptionibus, actione pro maiori, litis quibusvis regalibus bello, communicatione generali vel particulari, legalibus quibusvis impedimentis poena trium marcarum et triplici poena, ac aliis omnibus gentis dilationibus iurisque remediis in partem reiectis totius quantum opus fuerit satisfacere cum successoribus suis tenebitur. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Starzechowski tenetur Sieniensky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneali Praemisliensibus Generosus Stanislaus Starzechowski de Starzechowice, bonorum Bialoboki et aliorum ad ea pertinentium haeres, a terris palatinatibus districtibus, ducatibus, ac iuribus suis quibusvis propriis foroque competenti recedendo sese vero castrensi Praemisliensi iurisdictioni una cum successoribus bonisque suis omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus in quibuscunque terris et districtibus regni Poloniae habitis et habendis in toto quo ad actum effectumque praesentis inscriptionis incorporando inscribendo subiiciendoque mente et corpore sanus existens publice libere palam et per expressum recognovit. Quia Generoso Nicolao Sieninski de Sienno Dapifero terrae Sanocensi eiusque legittimis successoribus summam Tredecim millium florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis in regno currentis quemlibet florenum triginta grossis Polonicalibus computando, certi veri, liquidi, mutui atque specialis debiti, mutuataeque pecuniae tenetur et est debitus praesentibusque obligatur. Quam quidem summam Tredecim millium florenorum pecuniae monetae Polonicalis idem Stanislaus Starzechowski se et successores suos et omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus per ipsum ubicunque et quocunque in regno Poloniae dominiisque eius adiacentibus habitis et habendis inscribit onerat et obligat eidem Nicolao Sieninski eiusque successoribus pro die et festo sancti Thomae apostoli proximi et immediate venturi solvere realiterque et cum effectu in castro Praemisliensi circa officium et acta castrensia Praemisliensia dare relinquere et reponere repositaque ab officio praefato non extraxerint sed quovis modo arrestare. In effectum vero solutionis et repositionis summae praefatae Tredecim millium florenorum pecuniae monetae Polonicalis pro die et tempore locoque supradictis extunc tenebitur praefatus Stanislaus Starzechowski prasinque se et suos successores super universis bonis suis obligat eidem Nicolao Sieninski vel illius successoribus in bona sua haereditaria videlicet in villas Bialoboki, Ostrow, Tarnawka, Wolicza, Rogozno dare et libere admittere realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem

69